



1796.

1. ^{*}Bornius: Responsa jur. 60, 61, 62, 63. Programma, quo ordinarius senior ac reliqui auctores jur. fac. memoriam Annianam indicunt.
2. ^a ^{*}Sammelius, Joann. Gorpstedt: Responsa jur. 64. Programma, quo Tutorum ordo Lips. memoriam dignitatis in utroque jure doctoralis . . . Joanni Gorpstedt Sammelo recolat.
2. ^b ^{*}Sammelius, Joann. Gorpstedt: Diploma, quo Tutorum ordo Lips. . . memoriam dignitatis in utroque jure doctoralis . . . Joanni Gorpstedt Sammelo recolat.
3. Apel, Joann. Augustus: Leges in delicta circa arbores
4. Arndt, Gulpstedt Augustus: De origine accisae provincialis.
5. Bimmeris, Christianus Gottlob: De norma paenam criminis constituenda.

1796.

6. Gerstaecker, Franz August: De judiciali iuribus depositione eaque voluntaria ad 1. 19. P. 1. C. annos. et edicti St. Sax. Arnoldi 1. 31. . . . a 1625 promulgati § 27.
7. Gutzke, Conradus Theodorus: De causis et reo restituendi eos, in quos injuste aut inquisitum fuit animadvertum. . .
8. Homboldus, Carl. Gottl.: De emendatione jurisprudentiae ab Imp. Valentiano III instituta et leg. un. Cod. Th. de respons. prudent
9. Rolke, Henricus Augustus: Theorema binomiale ex simplicissimis analysibus finitorum fortibus universaliter demonstratum.
10. Stockmann, Aug. Cornelius: De calculo binomiae Programma, quo orationem auspiciam indicit.
11. Stockmann, Aug. Cornelius: De calculo binomiae.
12. Weise, Christianus Ernestus: De deputatio nibus ordinum Germaniae, quae ad tractanda pacis

ius
C
a
N
Tan
ra
un
bes
el
s

negotia elygmur.



- 1/16
6. ...
...
...
...
...
7. ...
...
...
...
...
8. ...
...
...
...
...
9. ...
...
...
...
...
10. ...
...
...
...
...
11. ...
...
...
...
...
- 1/1





838b

1796, 2. a

ORDINARIUS
 SENIOR
 ET RELIQVI ASSESSORES
 COLLEGII ICTORVM
 LIPSIENSIS
 MEMORIAM
 DIGNITATIS IN VTROQVE IVRE
 DOCTORALIS
 VIRO
 EXCELLENTISSIMO
 DOMINO
 IOANNI GODOFREDO
 SAMMETO
 ICTO CONSVMMATISSIMO
 D. X. NOVEMBR.
 ANTE HOS QVINQVAGINTA ANNOS
 TRIBVTAE
 HIS LITERIS AC TABVLA
 APPENSA
 RECOLVNT

I N E S T
Responfor. Iur. LXIV.



ORDINARIUS

SENIOR

ET R. N. O. V. A. S. S. E. S. S. O. R. E. S.

COLLEGIUM

DE

M. E. N. D. I. A. N. I.

D. I. S. T. R. I. C. T. U. S.

D. O. C. T. O. R. A. L. I. S.

V. I. R. O.

EXCELENTISSIMO

IOANNI GODOFREDO

SAMMETO

ICTO CONSISTORIO

ANTE NOS QUINGENARIOS

HIS LIT. ET L. A. V. A. L. I. S.

Repos(er)er. 15. 1711



RESPONS. LXIV.

Mortuo patre sui iuris eius liberis alimenta mater, eaque inope, aui ex utraque parte aequo iure debent.

Si consensus interpretum, et praeiudiciorum copia, ius facerent, proposita quaesito vix dubia esset. Siquidem quos, missis compluribus aliis, nominasse sufficiat, CARPZ. *P. II. Const. X. def. 24.* LAUTERB. *ad Pand. Lib. XXV. Tit. III. §. 15.* MENKEN. *ibid. §. 9.* et hos secuti HOMMEL. in *Promptuar. f. v. alimenta num. 1.* nec non IO. CHR. CONR. SCHROETER. in *Repertor. Iur. Vol. 1. subead. voc. num. 25.* ad alendum patris defuncti filium, praefertim legitimum, prae aliis omnibus, auum paternum obstringi asserunt. Huiusque asserti vt fidem faciant, ad *l. 5. et 8. D. d. agnosc. et alend. lib.* prouocant. Quo iure, videamus.

In aprico est, MARCELLUM in *l. 8.* mentionem facere nepotis, simul cum patre defuncto in patria potestate aui constituti, quem cum filio simul alere dum oportebat, neutrius mors ab onere superstitem alendi liberare poterat. Scimus enim, Romanorum iure, nuptias filium per se patriae potestati non exemisse, quae, prout non spernenda patri, ex

ficta personarum unitate potissimum profecta, commoda tribuit, simul alendi, certe, quod alimentis deest, supplendi, necessitatem imponit. Alia omnia nostris, quos a maioribus accepimus, moribus. Quos nimirum scimus ex facultate filii adeo se exhibere validi, ut ipse familiam, iuris intellectu, quem ex *l. 197. §. 2. D. d. V. S.* cognoscimus, instituire possit, (quod separatae oeconomiae institutionem nostrates nominant) patris in resolutionem patriae potestatis consensum, adeoque virtuales emancipationem inferre.

Verum enimvero nepotis patriae potestati aui subiecti conditionem longe ab ea diuersam esse, qua vititur, qui ipsa sui patris morte sui iuris fit, non solum res ipsa loquitur, sed *VLPIANVS* etiam in *d. l. 5.* profitetur. Illum, quod vidimus ut alat, patria potestas auum paternum obligat, hic, ne fame pereat, curent, quos aequitas et sanguinis caritas, (ipsis *ICTI* verbis utor) idque, ut cum Philosophis loquar, in abstracto, neutiquam in concreto, admonet. Ut tantum, si lis propterea moueatur, iudex simul facultatum, aetatis, valetudinis et, quae circum stant, aliorum rationem habeat.

Aequitas vero et sanguinis charitas ipsam profecto matrem fortissime obstringunt. Hanc ei, ne republica ciuibus egeat, natura dedit, illa itidem ob gradus propinquitatem, et, quod non plane praetereundum est, commodum successionis, primo loco eandem euocat. Ut ex hoc ipso, quod *ICTUS* proponit, decidendi principio, matrem, nisi vires desint, ut liberos suos exhibeat, vnice deuinctam, neque contrarium

trarium ex *Decif. Sax. XXVIII. d. a. 1746.* inferendum esse iudicem, quae, dum eandem, patre mortuo, ad alendum filium spurium principaliter obligat, nostram quaestionem intactam relinquit, nihilque adeo noui de ea statuit.

Nec, si mater subsidiis ad hanc rem necessariis egeat, materno auo paternum fortius obligatum duco. Nostro potissimum iure, quod legitimae successionis commodum agnatis cognatisque secundum gradus propinquitatem aequale tribuit. Vt, si vterque ad ferendos eiusmodi sumtus bonis instructus reperiatur, vtrumque aequa lance huic oneri subiiciendum esse iudicem. Quam iudicandi rationem, probatissimae doctrinae non desunt, qui assensu suo sustineant. Nominò, quoniam argumentis, non auctoritatibus, certandum esse reor, praeter IOANN. VOET. in *Commentur. ad Pandectt. Lib. XXV. Tit. III. §. 6. sq.* tantum WERNHER. in *Manual. Pandectt. d. Tit. §. 4. et* IVST. HENN. BOEHMER. *Indroduct. in Ius Digestor. eod. l. §. 9.* Praeterea disputant, si alimenta ab aliis praestanda sint, liberorum educatio, hoc nihil impediende, matri relinquenda, an, qui expensas ferunt, iis petentibus committenda esse videatur. Qui pro matre laborant, ad *Nov. CXVII. cap. 7.* prouocant, quae, si diuortium mariti culpa factum est, liberos in matris domo versari et ab ea, patre sumtus suppeditante, educari iubet, nec non ad *l. 1. C. vbi pupill. educ. deb.* quae matri inprimis committendam esse educationem constituit. Denique ad *Tit. D. vbi pupill. educ. etc.*

quo docemur, non semper, qui sumtus ministrat, eidem personam committi.

Verum his omnibus res non conficitur. In *d. Tit. Digestor.* et in *d. l. 1. C. subest pupillus*, ex cuius patrimonio alimentorum sumtus depromi, et a iudice decerni possunt. Et *d. Nov.* exemplum singulare, a nostra causa alienum, ante oculos habet, si patrem quidem supersitem alimentis obnoxium, nos contra, nullis relictis bonis defunctum ponimus. Pein per se iniquum est, auum ad expensas alimentorum causa obligare, simulque veniam praebendi alimenta naturalia denegare. Quam ob rem quotidie cernimus, patri filium spurium ablactatum ad se recipere volenti, post habita matris sumtus alimentorum petentis contradictione, hoc permitti, si non infanti perniciosum fore iudici videatur. Forte, si pater non sedem fixam, vel non instructam oconomiam habeat, vel ob vitae genus leuitatis quadam nota laboret. Quam ob rem, si talia non obstant, auo ad alendum obligato, ad recipiendum et educandum nepotem, a mammis matris dimissum, parato, in regula concedendum esse, si quidem *tit. ubi pupill. morar.* hanc rem arbitrio iudicis committit, flatuo. In hunc modum eiusmodi litem a Praefecto Illmenau. ad nos delatam dirimere his ipsis diebus non dubitauimus.

En verba sententiae:

Nummehro aus denen Akten soviel zu befinden, daß Bekl. zur Unterhaltung der von seinem verstorbenen Sohne mit Klin erzeugten Tochter wöchentlich 16 gr. fernerhin zu entrichten nicht schuldig; Sondern es
ist

ist Klin zu Erhaltung einer gleichmäßigen Summe, als sie zeithero von Beklagtem empfangen, an ihren Vater den fol. 206. erwähnten N. N. zu verweisen, und sind, wenn solches geschehen, nach Ablauf der dazu erforderlichen Zeit, die Unterhaltungs Kosten zwischen letztern und Bekln zu vertheilen; Es wollte denn dieser seine Enkelin in eigne Verpflegung nehmen, welchen Falls Klin wieder denselben gerichtetes Suchen schlechterdings nicht statt hat V. R. W.

Adject. ratt. Ob wohl mehrere derer bewährtesten Rechts Lehrer, f. Carpz. ad Const. X. P. II. def. 24. Lauterb. ad Pandectt, Lib. 25. Tit. 3. §. 13. Mencke ad easd ibid. §. 9. und andere, unter Beziehung auf ausdrückliche Gesetzstellen, daß nach Abtrag des vor allen andern zur Unterhaltung derer Kinder verpflichteten Vaters diese Verbindlichkeit vielmehr denen Ureltern väterlicher Seite, als der Mutter und deren Aeltern obliege, zu behaupten suchen, und, da sie dieses fogar auf uneheliche Kinder ausdehnen, es bey ehelichen um so weniger für zweifelhaft geachtet werden möchte; Eben so wenig auch Bekltens auf Aushändigung des Kindes zu eigner Verpflegung gerichtetes Suchen rechtlichen Beitritt zu verdienen scheint, da sich selbst zu erhalten unvermögende Personen unter der Obrigkeit Schutze vorzüglich stehen, diese aber Kinder der Verpflegung der Mutter, welche der natürlichen Neigung nach deren Wohlfarth in der Regel am eysrigsten zu befördern suchet, nach rechtlicher Vermuthung am vortheilhaftesten überlassen; auch aus diesem Grunde die Rechte ausdrücklich die Verpflegung anderen Personen und wieder anderen die Vermögens Verwaltung und Befreitung derer Kosten übertragen, l. i. vbi pup. educ. vel morar. deb. Wie denn auch die der Klin von Beklagtem beygemessene über-

übertriebene Gemüchlichkeit und Unftillichkeit durch die derselben günstige Zeugnisse fol. 201. ff. gnüßlich wiederleget worden.


Dennoch aber und dieweil erwogen werden muß, daß die von oberwähnten Rechts Lehrern angezogenen Gesetzstellen bey genauer Einsicht weit mehr zum Beweise des Gegentheils, als dessen, was aus selbigen dargethan werden will, dienen; Da es offenbar ist, daß l. 8. d. agn. et al. von Enkeln handelt, die nebst ihrem Vater sich in des Großvaters väterlicher Gewalt befinden, mithin in diesem Falle der Grund der Verpflichtung in der väterlichen Gewalt liege; Dagegen nach wörtlichem Inhalte der l. 5. §. 1. ls eod. bey Descendenten die nicht unter väterlicher Gewalt stehen, die Billigkeit und Nähe der Verwandtschaft nebst der aus der letztern erwachsenden Vermuthung vorzüglicher Zuwendung die Verbindlichkeit zur Unterhaltung wirken, und eben deswegen die Mutter vor allen anderen, deren Vater aber nicht weniger, als den väterlichen Großvater verpflichtet, sowohl zugleich auf die Vermögens und Gesundheits Beschaffenheit murgedachter Personen Rücksicht zu nehmen den Richter veranlaßet, welchen Maasstab der Entscheidung l. 11. C. d. Negot. gest. l. C. d. alend. liber. et parent. l. un. C. dinort. fact. und Nov. 117. cap. 7. gleichfals gnüßlich bestätigen, und demselben ad tit. d. agn. et alend. lib. IOAN. VOET. in Commentar. §. 6. sq. WERNHER in Manual. Pandect. §. 4. irgleichen IUST. HENN. BOEHMER in Introduct. in jus digestor. §. 9. beypflichten; Wie denn überdenn bey gleichen Vermögens Verhältnissen das der Mutter geeignete commodum successionis deren Verbindlichkeit gegen die des Schwiegervaters noch verstärkt; Und wenn schon allhier Klin, da sie nach Ausweisung derer Akten keine oder doch

doch geringe Ausstattung empfangen, auch aus ihres Ehemanns Nach-
 laße wenig erhalten, mithin, jemehr ihr das Gerichtliche Zeugniß fol.
 100. beytritt, des Gegentheiligen Widerspruchs ungeachtet für eine
 unwermögende Person auch ohne eydliche Bestärkung anzusehen ist;
 Da gleichwohl dem Auführen, daß deren Vater sich in vortheilhaften
 Umständen befinde, nicht widersprochen worden, die erfolgte Entschei-
 dung in Betref der erstern Beschwerde durch die angez. l. 5. d. agu.
 l. al. etc. für genugsame gerechtfertiget zu achten? Und was die
 andere anbelangt, außer dem in der Nov. 117. cap. 7. enthaltenen,
 auf den gegenwärtigen nicht passenden Falle, die Rechte die Verpfle-
 gung des Kindes der Mutter, wenn es aus eignen Vermögen unterhal-
 ten werden kann, zueignen, dagegen die zur Unterhaltung verpflich-
 tete Person die Natural Verpflegung, wenn daraus für das Kind
 nichts nachtheiliges zu besorgen ist, wie allhier keinesweges zu behaupten,
 nach der Natur der Sache mit Recht fordert, dieses auch der beständige
 und gleichförmige Gerichtsbrauch sattsam bestatiget, so ist etc.

Praemissa tractatio in eo occupata fuit, vt, demonstra-
 ret, quibus potissimum personis praeter patrem incumberet
 infantes alendi necessitas. Et prout insigne studium aequita-
 tis, eiusdemque sensus insignis ex singulis romani iuris, praefertim
 digestorum, capitibus elucet, hanc etiam, profecto humanissimam,
 obligationem, quod ex saepius laudata l. 5. d. agnosc. et alend. cognoscimus, mutuum esse voluit, iisdem-
 que liberos nepotesque obstrinxit officii. Vt ad officium,
 quod nobis hodie incumbit, transitus non adeo abnormis vi-
 deri debeat.

E

Nimi-



Nimirum meritissimo Seni, celeberrimo Doctore se-
mifeculari

IOANNI GODOFREDO SAMMET

honor condignus habendus est. Vitae, quam ante hos
quingenta annos egerat, decursum exhibuit Vir magni
nominis CAR. OTTO RECHENBERG. tum temporis Or-
dinarius in Progr. iuncto nostri Dissertationi inaugurali
de HYPOBOLO elegantissime et cum insigni eruditionis
apparatu conscriptae. Ex quo cognoscimus, ex gente
per tria retro secula nobili, quae militia inprimis incla-
ruerit, per varia vero ac dura rerum, quae gignere bel-
lum solet, discrimina ad paupertatem redacta, patrem
militem gregarium habuisse. Matrem, ut vitam sibi
commodiorem redderet, diuendendis mercibus, quae ad
muliebrem inprimis vestitum pertinent, occupatam, mu-
lierem probam et candidam, Lipsiae enim eius parentes
versabantur, nouisse ipse memini. Litteris noster, postea
quam rudimenta deposuerat, in schola Nicolaitana incu-
bit, praeceptoribus DRECHSLERO, ORTLOBIO et
HALTHAVSIO. Vtrumque posteriorem aliquot annis
post iidem mihi, eidem scholae adscripto, praeceptores
contigisse, non sine voluptate et grati animi sensu recor-
dor. Ex his audiui, nostrum, quemadmodum in graeci
ac latini sermonis elegantia, cuius postea egregia edidit
monumenta, in poesi etiam latina tantum voluisse, ut ma-
teriam a Praeceptoribus germanico idiomate discipulis

tra-

traditam, quo tempore caeteri in latinam transtulerint, eodem in versus latinos coegerit. Postquam scholae vltimum vale dixerat, casu quodam fatali militiae nomen dare coactus, indefessum, quod in eo semper fuit, litterarum studium, et in latina poesi, (habuit enim comitem Horatium perpetuum) praestantia, tanto eius Capitaneum pudore et admiratione tandem perfudit, vt, veniam ad literas reuertendi nactus, anno huius seculi trigesimo nono, Rectore AVGVSTO FERDINANDO HOMMELIO, vniuersitatem litterariam adire licuerit. Ibi AVGVST. MVILLERVM sapientiae doctorem habuit. Iuris studiosus Celeberrimo MASCOVIO, GODOFREDO, etsi non aequae propitia cum IACOBO fratre fortuna gauiso, non adsedit solum, sed postea etiam cum eo, absente et praesente, donec vixit, per litteras, vel coram versari, eumque comiter celebrare non desit, vt suo exemplo similem simili gaudere, comprobaret. IACOBVM etiam ius publicum profitentem audiuit, HOMMELIVM patrem ius Criminale, et SIEGELIVM ius Clientelare. Potissimum scholis ABRAHAMI KAESTNERI patris, celeberrimi illius Goettingensis Professoris, Institutiones, Pandectas, ius Saxonicum et Processum iudicarium explicantis, viri cordatissimi, interfuit. Transacto stadio academico, patrocinium Ducis et Herois Saxonici IOHANNIS ADOLPHI clementissime oblatum optima quaeque sperare iusserat. Qui quum subito cecidisset, et hilari fronte nostrum

bibliotheca quidem Dresdana, non vero aula, excepisset, ad meliora, quam administrandae inter militum cohortem iustitiae, natus, tandem aliorum, qui virum penitus nouerant, ope adiutus et erectus, consilium iniit, hoc ipso ante hos quinquaginta annos die supremam iuris lauream ab ordine nostro capeffendi. Et vix e quinquagesimo quouis Doctore tanti, tanque conspicui in rem publicam litterariam, iurisprudentiam imprimis, redundare solent fructus, quantus noster sibi iure vindicat. Siquidem inter eos excelluit, qui a BARTOLO et BALDO, quorum nomina tunc temporis valde celebrantur, ad ipsos iurisscientiae Romanae fontes, dexterioresque eorum interpretes, CVIACIVM, BYNCKERSHOEKIVM, CONANVM, DONELLVM, HEINECCIVM, et, qui sunt huius generis alii, iuris studiosos reuocarunt, ipsamque iurisprudentiam quasi reformatam, ab ineptis traditionibus, ex diuersorum iurium confusione potissimum oriundis, purgauerunt. Qui indefessi laboris patientissimus, veritatisque studiosissimus, Ius Naturae et constituti partes propemodum omnes, sine ullo adulandi studio, per tantum temporis interuallum, nullis fortunae vicissitudinibus, nulla iniuria, quam cuiuscunque propemodum generis in ciuitate et familia expertus est, vel se efferi, vel deprimi, vel interrumpi passus, tam ingenua facie tradidit, vt nulla fere alia re magis, quam doctrinae dexteritate, delectari fuerit visus. Suo enim exemplo ex-
 per-


pertus; studium veritatis odium parere, inuidiam coe-
 vorum, et procerum incuriam, si quis muneri publico
 admouendus erat, dignitatis suae conscius, aequo et com-
 posito animo ferebat, et in commilitonum suorum amore
 et conuersatione requiescebat. Favor ille studioforum,
 quo gaudebat, et adhuc gaudet, plane singularis, non ex
 frequentia solum in eius praelectionibus, quam, vti cito
 sibi conciliauit, per longissimam annorum seriem tuitus
 est, sed in publicis etiam litterariis certaminibus conspi-
 cuus apparebat. Quippe non dicis, et temporis consu-
 mendi, gratia, quod fieri plerumque solet, sed, vt ve-
 ritatem rei demonstraret, errores aliorum detegeret, et
 ineptias cauillationesque perfringeret, non vanis verbo-
 rum lenociniis, argumentis potius rei subiectae commo-
 dis, solidisque probandi mediis instructus, si non prae-
 missa breui reuerentiae vel amoris testificatione, certe
 sine vlla ex specie despectus vel inuidiae offensione, ad
 differendum ingrediebatur, nemini, qui neque negligen-
 tius, neque ingenio confidentius, solidis sententias suas
 iuris principiis superstruxerat, extimescendus. Equidem,
 quum ab anno huius seculi sexagesimo eiusmodi certa-
 mina saepius inirem, memini imprimis SAMMETI nostri,
 GODFR. MASCOVII, ac desideratissimi SEGERI collo-
 quiis, videlicet fructuosissimis, fuisse delectatum. Nec
 possum concedere viro cuidam dudum defuncto, non
 adeo grauis in Iure armorum, qui, quum, argumen-
 tum

tum a Sammeto sibi oppositum refellendi arte et ingenio se destitutum sentiret, profitebatur, id quidem se non exigere, vt alii suae sententiae subscribant, ob sentiendi libertatem vero vicissim sperare, exactum non iri, vt ipse sententiam suam deferat. Quum itaque noster per quatuor circiter lustra in eiusmodi arenis conspicuus, semper gloriosus, sine alio fructu rediisset, inter disputantium flagella relatus, huius attributi, et rei ingratae pertaeus, tandem auditoribus se totum addixit et mancipauit. Cui quidem studio tam dextre et inpigre incubuit, et, quantum vires animi morbis et senectute affecti ferunt, adhuc incumbit, vt innumeri, quibus aptum litteris ingenium contigit, fructus, quos ex iis vberrimos capiunt, illius doctrinae ab institutioni potissimum acceptos referant. Hunc igitur Virum, de Iurisprudencia tanto gloriosius meritum, quanto pertinacius eius studiis res domi angusta, aliorum inuidia, et fortuna aliis nominibus aduersa oblectabantur, non amemus; Non omnibus obseruantiae officii, quibus leuari ac delectari eius senectus possit, prosequamur; Non liberaliori Serenissimi ac Indulgentissimi Principis Electoris nostri clementiae, qui eum Senem aliquot abhinc annis stipendio recreauit, omni animi contentione commendamus? Sunt in manibus nostris et posteris documenta erunt, quantum iurisprudencia ciuili et publica vniuersali valeat, puto eius XI. Opu-
scula anno huius seculi sexagesimo tertio coniunctim re-
cusa

cusâ, quæ Dissertationi. De Hypobolo De Legatis poenæ nomine. Ad Domitium Ulpian. Cap. LXIX. D. pro Soc. Dissertatt. IV. Receptar. Lectionum ad Iauchium. Coniecturas de Theophili vita et ἐξουχέϊαν Institutionum, Dissertat. Varia Iuris Ciuilis capita, et Dissert. Quaestiones forenses IV. continentes, nec non De Neutralium obligatione et captura nauium neutralium continent.

Ad rem eius domesticam quod attinet, matrimonium gessit, cui moeroris plus, quam gaudii intermixtum fuit. Non enim improle fuit, de quibus vero maximam spem conceperat, eos praematura mors iterum abstulit liberos, vt tamen filius vnus cum tribus filiabus ei supersint. Et quum vxoris consilio persuasus praedium nobile sibi maiori pretio comparasset, eoque ob sterilitatem et alia infortunia ibi enata, praefertim, si recte memini, inundationem, pro viliori pretio vendito, integrum fere eius patrimonium, herculeo labore quaesitum, vno quasi ictu exhaustum apparuisset, ipse quidem grauissimam hanc etiam iacturam virili animo sustinuit, cui contra vxor moerore oppressa succubuit, et breui post confecta diem supremum obiit.

Quibus calamitatibus, fortissimo vereque composito animo impedire haud potuit, quominus tristitia, et propter ingredientem senectam cura atque sollicitudine afficeretur. Indeque factum est, vt quanquam inde ab infantia firmissima, cuiuscunque propemodum doloris inscicia, vale-



valedudine gauisus fuerit, nuperrime graui molestissimo que morbo correptus decubuerit, et adhuc eius vires vehementer debilitatae appareant. Sola haec ei solatio esse possunt, mens recti ac vitae dexterrime et honorifice actae conscia, liberi omnes, inprimis filia familias, in leuando ac delectando eo pie occupati, omnium, qui inimico aduersus eum animo fuerunt, obitus, Serenissimi Principis nostri clementia, orbis eruditi, inprimis Ictorum admiratio, omnium denique, qui eum norunt, et inter hos, collegii nostri cultus et amicitia. Quae argumenta, ad iuuandam animi tranquillitatem profecto non leuia, vt eius valetudinem restituant, tranquillamque senectutem ad nestoreos vsque annos largiantur, integerrime ac toto pectore optamus. Scribebam. Lipf. d. X. Novbr. A. C. 1700ccxvi.


EX OFFICINA SAALBACHIANA.



Leipzig, Diss., 1796
X. 2309056







1386

1796, 2. a

ORDINARIVS
SENIOR
ET RELIQVI ASSESSORES
COLLEGII ICTORVM
LIPSIENSIS,
MEMORIAM
DIGNITATIS IN VTROQVE IVRE
DOCTORALIS
VIRO
EXCELLENTISSIMO
DOMINO
IOANNI GODOFREDO
SAMMETO
ICTO CONSVMMATISSIMO
D. X. NOVEMBR.
ANTE HOS QVINQVAGINTA ANNOS
TRIBVTAE
HIS LITERIS AC TABVLA
APPENSA
RECOLVNT
I NEST
Responsor. Iur. LXIV.

